

peculiaris est, eadem præceptum imperans illius actus speciale est. Accedit quod id cadit sub præceptum peculiare quod habet rationem debiti: actus autem caritatis habet rationem debiti: nam sine tali actu non possumus Deo uniri, quod est finis vite spiritualis. Est autem (inquit Angelicus artic. 1.) aliquid debitum dupliciter: uno modo PER SE: alio modo propter aliud. Per se quidem debitum est in unoquoque negotio id quod est finis: quia habet rationem per se. Propter aliud autem est debitum id quod ordinatur ad finem. . . . Finis autem spiritualis vite est ut homo uniatu Deo, quod fit per caritatem; & ad hoc ordinatur sicut ad finem omnia que pertinent ad spiritualium vitam. . . . In quolibet autem genere id quod est per se, potius est eo quod est propter aliud: & ideo maximum præceptum est de caritate. Plura alia asserunt eum eodem articulo, tum ex sequentibus possem; sed nolo in re perspicua diutius immorari.

XII. Nonnulla ex aliis Patribus qui non tam præcepti peculiaris necessitatem (hanc enim certam manifestamque supponunt) quam perenne amoris illius exercitium suadent, delibabimus. Augustinus Lib. I. de Doctrina Christiana. capit. xxxi. Hec enim regula dilectionis divinitus constituta est. Diliges, inquit, proximum tuum sicut te ipsum; Deum vero ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, ut omnes cogitationes tuas, & omnem vitam tuam, & omnem intellectum in illum confestas a quo habes ipsa que confers. Cum autem ait, Toto corde, tota anima, tota mente, nullam vitam nostræ partem reliquit que vacare debeat, & quasi locum dare, ut alia re velit frui; sed quæquid aliud diligendum venit in animam, illic rapiatur quo totus dilectionis impetus currit. Quisquis ergo recte proximum diligit, hoc cum eo debet agere, ut etiam ipse toto corde, tota anima, tota mente diligit Deum. Si enim eum diligit tantquam seipsum, totam dilectionem sui, & illius refert in illam dilectionem Dei, qui nullam a se irrationem duci extra paritur, cuius derivatione minuitur.

XIII. Rufus hoc mandatum explicat Lib. I. de moribus Eccl. cap. xi. Si igitur diligatur Deum omnia procedunt in bonum; & summum bonum, quod estiam optimum dicitur, non modo diligendum esse NEMO AMBIGIT, sed ita diligendum ut nihil amplius diligere debeamus; itaque significatur, & ex-

primitur quod dictum est: Ex tota anima, & ex toto corde, & ex tota mente: quis, quæso, dubitaverit, his omnibus constitutis, & firmis creditis, nihil nobis aliud esse optimum, ad quod adiffendum, postpositis ceteris, festinare oporteat, quam Deum? Item si nulla res ab eius caritate non separatur, quid esse non solum debitum, sed etiam certum hoc bono potest? Sed singula breviter attendamus. Nemo nos inde separat mirando motum: id ipsum enim quod diligimus Deum, mori non potest, nisi dum non diligit Deum, quod nihil est aliud quam ei quidquam in diligendo, atque sequendo præponere. Nemo inde separat pollicendo vitam: nemo enim ab ipso fonte separat, pollicendo aquam &c. Persequitur suo calamo textum Apolloli explicare.

XIV D. Bernardus mellifluis eloquio mellem hoc mandatum explicat pluribus in locis. Sed primum omnium adducendus est textus quem opponit P. Antonius Simonodus, quo evincere contendit, D. Bernardum docere Dei mandatum iubere amorem effectivum, scilicet amorem affectivum. Est caritas (inquit D. Bernard. ser. i. in Cant.) in actu: & est in affectu: & de illa quidem que operis est, puto datam esse legem hominibus, mandatumque formatum. Nam in affectu quis ita habet ut mandatur. Ergo illa mandatur ad meritum, ista ad premium. Hic est textus quem Simonodus obtrudit, ut suum commentum aliquo fuce deliniat. Nihil quippe in Patribus adeo perspicuum, exploratumque est quod non possit in pravum sensum ulumque inflecti. Sed Bernardum seipsum interpretatorem andiamus. Sic enim ibidem perierat. Non dico in suis affectione finis, & solum moveamus manum ad opera: legi inter alia, que scribit Apostolus, magna, & gratia hominum mala, hoc quoque ammiratum, scilicet sine affectione. Sed est affectio quam caro gignit, & est quam ratio regit, & est quam condit sapientia. Prima est quam Apostolus dicit legi Dei non esse subiectam, nec esse posse. Secunda quam perhibet e regione legi Dei consentientem, quam bona est. Longe vero tertia ad utraque, que suscitatur, & sapit quantum suavit est Dominus, primam eliminans, secundam remanens. Nam prima quidem dulcis, sed turpis: secunda sicca, sed fortis: ultima pinguis, & suavis. Agitur per secundam opera dicitur, & in ipsa caritas; sed non illa affectivitas, que sine sapientia condita pinguis, ma-

magnam menti importat multitudinem dulcedinis Domini; sed quadam potius actualis, que est nondum dulci illo amore suaviter relict, amorem tamen ipsius amoris vehementer accendit.

XV. Eiusdem præcepti vim, & obligationem sule explicat D. Bernardus serm. xx. in Cantica. Dices, o Christiane, & Christo, quemadmodum diligas Christum. Dices amare dulciter, amare prædenter, amare fortiter: dulciter, ne inlecti prædenter, ne decepti; fortiter, ne oppressi ab amore Domini avertamur. Ne menti gloria, seu carnis voluptatibus abducaris, dulcescat tibi pre his sapientia Christus: ne secularis spiritus mendacis, & erroris, luceat tibi veritas: Christus: ne adversariis fatigeris, confortet te virtus Dei: Christus. Zelum tuum inflammer caritas, informet scientia, firmet constantia, sit fervidus, sit circumspexus, sit invictus. . . . Et vide non forte tria ista tibi & in lege tradita fuerint, dicente Deo: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Mihi videtur amor quidem cordis ad zelum primere affectionis; anime vero amor ad industriam, seu iudicium rationis; virtus autem dilectio ad animi posse referri constantiam, vel vigorem. Dilige ergo Dominum Deum tuo & pleno cordis affectu: dilige tota rationis vigilantia, & circumspicione: dilige & tota virtute, ut nec mori pro eius amore pertimescas, quoniam fortis est ut mors dilectio.

XVI. Est his que latius disceptata sunt, colligas velim nitidam præclaramque divini mandati cognitionem. Mandatum ergo illud speciale est, & peculiare, quod iubet per se actum amoris. Falsa promde recentiorum opinio, quo propugnabant, mandatum illud generale esse in aliis præceptis imbutum, solumque observantia sola, abique alio peculiari actu impleri. Ipsa verbi Diliges, quo conceptum mandatum est, actum, non habitum quandam interem, otiosumque prodit. Quare merito Augustinus Lib. III. de Doct. christ. cap. x. vocat caritatem motum animi ad fruendum Deo propter se ipsum, & se, atque proximo propter Deum. Id ipsum clarus exponit D. Thomas, ut vidimus supra, ubi ex eodem palam fecimus, non de habitu, sed de actibus præcepta dari. Quod Evangelicæ ipsi inane habitualis, inerteque amoris commentum reiecit, potissimum S. Ioannes Episc. I. c. 111. iubens ut non voce, non verborum sonitu, sed opere,

& veritate diligamus? Quæ aliorum præceptorum omnium exemplis confirmari veritas potest. Cum lex iubet aliena relinere, eleemosynas erogare, proximi errores corrigere, parentibus honorem exhibere, tributa Principibus pendere; namquid habitum tantum, secus actum ipsum, præcipit? Quod si cetera omnia præcepta actibus implentur; qua fronte primum omnium mandatorum, quod est universæ legis finis, solum præcipere interem habitum edocent? Verum cum hodie tam erroneam defendere opinionem non audeant, non est quod nos fulius illam inlectemur. Satis ergo tibi subicere anathema quo illum confixit summus Pontifex Alexander VIII. anno 1690. Bonitas obiectiva consistit in convenientia obiecti cum natura rationali; formalis vero in conformitate actus cum regula morum. Ad hoc sufficit ut actus moralis tendat in finem ultimum interpretative. Hinc homo non tenetur amare NEQUE IN PRINCIPIO, NEQUE IN DECURSU VITÆ SUE MORALIS.

CAPUT VI.

Qualitas amoris quem præceptum imponit. Distinguitur amor appetitivi, & intensivi a recentioribus Theologis in sensu minus recto accepta. Amor necessarius ad implendum præceptum, non solum appetitivus, sed & intensivus sit necessarius est.

I. SI recentiores quidam ipsum divinum mandatum de medio auferte pertentant, alii non pauci mandatum excipientes, eiusdem non obligandi iura extenuant, ut in nihilum forme redegerint. Ut iam vidimus supra, P. Tamburinus Lib. II. cap. 1. num. 9. contendit, præceptum illud nullo tempore obligare, quod fit inderminatum. Nunquam præceptum aliquod (inquit) obligat, nisi sit determinatum: cum enim non possit ut indeterminatum extrinsece executionem, non censetur practice esse impletum. Propterea falsus probat, hoc mandatum non præcipere solum amoris, explicium, & per se, sed verba iustificacionis consequende causa. Illius verba supra cap. 11. dedimus. P. Antonius Simonodus Tamburini Socius, postquam variis distinctionibus vim præcepti ad solam exteriori præceptorum observantiam relinquit, in exama vocat tempus quo Doctores catholici actum amoris præcipi docent. Diligendi Dei (inquit tract. 11. sect. 1. cap. 11.) præcepto homi-

homines obligari affirmat S. Thomas statim ab usu rationis. *Etiam tam esse? Secus singulis dominis. Unde periturus? Alii, cum urget tentatio. Respondeo, si non esset alia via fugienda tentationis, Sotus post acceptum beneficium. Quasi quidem animi istud indicium est. Quodam in articulo mortis. Nimis seruum est. Ne quidem, quoties recipitur ali- quod sacramentum, eam obligationem urgere videmus. Sufficit enim attritio cum confessio- ne, si commode fieri possit. Aliquo tempore teneri cogit Suarez. At quo? Tuo iudicio remittit. Ipse nescit. At quod ille nesciuit, quis sciat, nescio. Plura iam dedimus supra ex hoc Auctore, qui docet Deum non tam precipere amorem, quam odium veteri, scribitque pag. 24. *Non parum esset, si semel in vita uno amoris actu iungeremur, atque hoc plus fieret quam quod in rigore precipitur.* Doctrina Sirmondi factis cohaeret doctrine Tamburini.*

II. Alii Theologi & preceptum, & vim precepti admittentes, amoris a precepto im- positi qualiter in examen vocantur. Disputant, si ne naturalis, an supernaturalis, appetitivus, vel intensivus amor quem man- datum precipit. Hæc omnia sequentibus qua- sitionibus expendam.

III. Quæst. I. *Preceptum diligendi Deum iubet ne amorem supernaturalem, an natura- lem? Resp.* Non una est Theologorum sententia. Valentinus 2. 2. disp. III. q. XIII. ponit. I. P. Thomas Sanchez Lib. II. in Decal. cap. xxxvi. ne q. docent, mandatum hoc absolute precipere amorem supernatura- lem; in quibusdam tamen casibus amorem solum naturalem. P. Castropalus tract. vi. disp. I. puncta 3. n. 21. contendit, manda- tum istud nec supernaturalem, nec natura- lem amorem precipere; sed solum (inquit) ut amet Deum super omnia ob eius infinitam bonitatem, quantum cum Dei gratia possit. Ratio est manifestata, quia in tua parvitate solum non est Deum amore supernaturali potius quam naturali prosequi &c. Hæc opinio mihi videtur falsa. Nam certum est preceptum istud amorem explicitum directe precipere. Ergo aut naturalem, aut super- naturalem. Nec enim medius reperitur amor. Quapropter absolute respondeo, di- vinum mandatum appetere supernaturalem precipere. Amor quippe naturalis a lege ipsius naturæ imperatur. Lex autem evan- gelica lex gratiæ est. Virtutes theologales, virtutes sunt divinæ supernaturales. Ergo quemadmodum præcepta fidei, & spei actus

iubent supernaturales; sic potiori iure præceptum caritatis, quod omnium maximum est, ad actus amoris supernaturalis obligat. Iubemur amare Deum ut ultimum finem, fide divina propoluit, & summum bonum in seipso. Sed Deus ultimus finis, & infinite bonus in se, nobilisque fide divi- na manifestatus tanquam gratiarum dona- rumque omnium largitor, auctor est super- naturalis. Igitur amore supernaturali a nobis est diligendus. Et hæc sententia commu- nis est.

IV. Quæst. II. *Diligendum ne Deus vi precepti super omnia non solum appetitive, sed etiam intensivo? Resp.* Amore quem Theologi appetitivum vocant, Deum prosequimur, cum Deum omnibus rebus præferimus, & anteponimus; cum tali amore flagrantem parati sumus omnia mala perferre, & bona omnia amittere, ne Deum offendamus. Amor quem intensivum appellant, supra præstatum amorem appetitivum, addit fervorem vehementiorem, conatum in- tensivorem, & insensibilem quali tenentium. De hoc iterum infra num. 6. In præsentia communis exponitur Theologorum sen- tentia; quæ est, nos vi precepti diligere debere Deum amore appetitivo, minime vero amore intensivo. Res manifesta est, in- quirit. Nam ille amor nobis precipitur qui efficax est ad observanda alia præcepta, & ad præferendum Deum omnibus creaturis. Sed amor appetitivus resipit antequam Deum omnibus creaturis, servare facit omnia præcepta, omnemque Dei obsequium vitare: im- mo tantum nobis amor ille fortitudinis im- plicit, ut aptos nos reddat ad omnia sustinen- da mala, ne a Deo separemur. Idque confir- matur ex eo quod amor intensivus sub præceptum cadere non potest. Nam, amor ille precipi nequit in ultimo gradu intensivus, aliquem omnes in ultimo gradu intensivus, qui implet præceptum amandi Deum, ex- queret amorem B. Virginis, ac ipsius Iesu Christi. Nullus designari gradus valet istius intensivus quæ vi precepti debeat. In- tensio maior, aut minor amor sepe ex conditione temperamenti amantis hominis proficiscitur, eaque solentis intensus amare quæ sensibus nostris propinquiora sunt. Sic filius amittens patrem, sponsa delicta spon- so, intensus dolere de iactura, & vehementer amat unionem sub ipsi quam dolere de amissione Dei, vel amet eundem contum- elionem. Ceterum ipsa, si comparatio fieret, & filius, & sponsa magis affirmarent Deum,

Deum quam patrem, & sponsum, & para- ti essent perdere utrumque, ne Deum perde- rent. Hæc quoque sententia communis est penes Theologos. Contraria opinio de amo- re intensivo attribuitur Scoto in III. dist. xxvii. q. iiii. S. de primo dicto. III. dist. xxvii. P. Sanchez citat etiam P. Petrum Soto de Inst. sacerdot. lect. v. de inst. At in tota illa lectione nec verbum habet hæc de res, sed lectione xv. de penite. hæc veritas quæstio- nem, de qua iam iam.

V. Obiicit. Divinum mandatum iubet amare Deum ex toto corde, ex tota ani- ma, ex tota mente, ex tota fortitudine. Ergo non solum appetitive, sed etiam inten- sive amandus est. Resp. D. Thomas 2. 2. q. xlii. duobus articulis, nempe 4. & 5. explicat illius præcepti particulas, docetque illis significari Deum diligendum esse tan- quam ultimum finem. Porro non potest ut finis ultimus diligatur, nisi omnia illi subiciantur. Eo ipso ergo quod Deum amamus ut ultimum finem, omnia illi supponimus, & omnibus creatis bonis illum anteponimus. Propterea ex toto corde, ex tota anima il- lum amamus: quia nullum bonum in cor- de nostro occupat locum non subiectum Deo; sed omnia bona quæ præter Deum amamus, Deo subordinata sunt; immo om- nia, & quæcumque bona reicere parati sumus, ne Deus abiceat a corde nostro. Si plura cupis, consule D. Thomam loc. cit.

VI. Quæst. III. *An peccatum sit parum, & matrem diligere plusquam Deum? Resp.* Hanc quæstionem proponit Leander tract. iv. disp. II. q. xv. de caritate, & ante ipsum proposuerat illam Castropalus loc. cit. & re- spondent certum esse non peccare eum qui intensivus, & ferventior amore sensibili plus patrem, & matrem quam Deum amat. Christus vero Dominus ait Matth. x. ver. 27. *Qui amat patrem, aut matrem plusquam me, non est dignus.*

VII. Ut perspicua exhiberetur responsio, revocanda est in memoriam distinctio illa tri- plicis amoris quæ Deum diligimus: obiectivus, dum plus homini est volumus quam ceteris o- mnibus; appetitivus, cum illum ceteris præferimus; intensivus, dum maiori conatu illum prosequimur. Licet isti amores, maxi- me appetitivus, & intensivus, familiaris Theologis sint, ut modo dictum est; non apud omnes tamen perspicua notiones oc- currunt. P. Petrus Soto Theologus vere do- ctus, quia in Scripturis, Patribus, Canoni-

busque apprime versatus; Lib. de Inst. Sa- cerdot. de sacrament. penit. lect. xv. hæc scri- bit: *Distinctio illa appetitivus ab intensivo vocis est, nihil aliud habens quam nominatim nisi quod interius illa perfusione ingenerata hominibus securitas quadam, & tepiditas, quod valde timendum est.* Ad novitatem quod attinet distinctionis, non est disputa- tum instituenta: constat enim alium de eadem apud antiquos silentium existisse. Quod autem nihil significatur verum nomina ha- beat, non videtur absolute verum; quam- quam diversitas significationis non sit omni- bus explorata, & pervia. Quidquid igitur sit de novitate, & significatu distinctionis amoris appetitivus, & intensivi; illud enu- cleare est explicandum, quod mensuram amoris quem præceptum iubet, palam facit. Quod ut præstemus, faciliora primum de- claranda sunt. Itaque certum, & tanquam extra controversiam positum consistit, non præcipi a mandato fervorem, seu quam vo- cant intensiorem amoris; hic intensio est in sensu accipiatur in quo eam communiter accipiunt Theologi. Proprie enim, & præ- cise amor intensivus præfert quædam sen- sibilem tenentium, ferventemque sensus ipsius demulcentem, atque commoventem. Nonne sæpius plus delectat hominum colloquium quam Deum precibus aliqui? Et tamen plus certe Deum quam homines amamus. Nonne frequentissime sensibilibus ardet amor erga amicum, erga spon- sam, quam in Deum ipsum? Et tamen si com- paratio fieret, Deum amico, sponse, & ceteris præfereremus, ut supra iam dictum est. Et profecto ille amoris tenet, & sensibi- lis gradus aliquis sub præcepto caderet, gra- dus ille vel esset determinatus, aut levis. Si non sit definitus, ergo ad implendum legem minime pertinet. Si sit definitus, osten- dendus ergo est, & declarandus. Ut autem ea quæ dicturus sum, facilius teneas, duplex est diligenda appetitio: altera in sola intellectus speculativi cognitione sita; altera intellectus practici, quæ affectum volun- tatis coniunctum habet. Hæc Deum amore prosequitur propter legitimam diligendi ratio- nem, in eoque sibi complectitur. Verum mens humana proprii amoris delusa præliis, sepe iactat te Deum per omnibus appetare, quæ tamen appetitio solius est intellectus speculativi, sterilis nempe, & vacua; aut, si quid ei amoris inest, æquo imperfectior est, ut pater in caritate quæ est sufficienter te minor.

nam margaritis exornare; altera vero manu gladium stringere, excubiaque agere adversus inimicorum insidias, atque rebellantes concupiscentie fraudes. Divinum plane fuit Nemeie consilium, quo suis militibus præcepit ut una manu muros Ierusalem inlaurent; & at simul ne inermes inventirentur ab hostibus, altera manu gladium tenerent. Eadem ratione caritas ut incipiens, & quasi belligerans, pulsus hostibus, edomitaque appetitionum intestina rebellione, animæ christianæ dominium assequitur, & in eadem tanquam domina residet. Verum, ut imperium bello partum diutius consistat, non modo civitatem ornari oportet; sed etiam omnibus nervis, totisque lacertis laborandum est, ne unquam impotenter aditum sibi ad ingressum hostis aperiat, & vel minimam concupiscentiæ scintillam accendat. Quæ si præstita omnia fuerint, caritas tum secunda quiescit, delictis cum sponso suo diffusit, illum expansi cordis brachis complectitur, & eidem totis præcordiorum affectibus agglutinata, intimæque coniuncta, dulcissimos tenerimæ amicitie fructus degulstat.

XI. Placuit paulo fufius hos tres caritatis gradus explicare, ut viam planiorem aperirem quæ directè occurreret argumento obiecto. Primum ergo caritatis gradum necessarium esse dicimus ad legem implendam. Hæc autem doctrina nec scrupulis animam, nec confessionem mentem repiet. Amor itaque in Deum, ut impleat mensuram desideriam a præcepto, tante efficacitatis, fervorisque tantè sit fas est, ut officio caritatis incipientis desungi valeat, videlicet præcepta legis servare, animam a creaturam inanissimo amore sejungere, & ea omnia quæ in Dei gloriam referri nequeunt, respicere. Si hinc amoris gradum rectè via spectare non vales, oculos in virtutum opera converte: meditare, quam sis in legis observantia exactus; in hostibus animæ tue comprimensis fortis, & ex fructibus reconditur ardere in corde tuo ignem celestem comperis. Audiamus quoque Augustinum, qui laudato tract. v. in Ioann. prope finem nos edocet viam quæ perveniamus ad caritatis incipientis cognitionem, simulque instruit, arnataque ad conservationem, ut nata in nobis proficiat, & proficiens perfecta evadat. Sed interrogatis vos, & dictis nobis: *Quomodo possim habere istam caritatem? Nihil cito de te desperare. Forte nata est, sed non tam perfecta est: nutri eam, ne efficiatur. Sed dicitur: es mihi: Et unde non? Quomodo enim proficiatur, audivimus: un-*

*de incipiat audiamus. Iuvat paululum intercipere textum D. Augustini, ut innum alterumque textum Evangelicæ Ioannis efferant ex illa ipsa Epistola quam Augustinus hie interpretatur. Scribit ergo D. Ioannes Epist. I. cap. v. vers. 2. In hoc cognovimus quoniam diligimus natos Dei, cum Deum diligamus, & mandata eius faciamus. Hec est enim caritas Dei, ut mandata eius custodiamus. Et cap. III. eiusdem Epistolæ docet nos Dei caritatem erga nos agnoscere in Filio quem pro nostra salute cruci affixit. Igitur & nostram in Deum caritatem ex sacrificio quod eidem immolamus, cognoscere debemus. In hoc cognovimus (inquit Ioannes) caritatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Gradum ergo caritatis nostræ ex operibus nostris, ex mandatorum observantia, & proximorum indigentium levamine colligimus. Suum ergo sermonem relinquit Augustinus, textum sancti Ioannis ob oculos ponens. Sequitur, & dicit: Qui autem haberit facultates mundi, & viderit fratrem suum elicientem, & clausit viscera sua ab eo, quomodo poterit dilectio Dei manere in eo? *Etc. unde incipit caritas. Si nondum es idoneus mori pro fratre, iam idoneus esto dare de tuis facultatibus fratri. Tam percutiat viscera tua caritas, ut non de iactantia facias, sed de intimo adipe misericordie, ut consideres illum in egestate positum. D. Thomas signum, unde caritatem in nobis ardere arguere debemus, assignat 2. 2. quæst. cxxxii. art. 2. ad 1. his verbis: *Augmentum meriti respectu præmii essentialis consistit principaliter in caritate, cuius quoddam signum est labor exterior toleratus propter Christum. Sed multo expressius signum est, quod aliquis, prætermisissimis omnibus que ad hanc vitam pertinent, soli divinæ contemplationi vacare desideret. D. quoque Gregorius hom. xxx. in Evang. Ad vosmetipsos introfusus redite: si Deum vere amatis, exquirite. Nec tamen sibi aliquis credat, quidquid sibi animus sine operis attestatione responderit. De dilectione Conditoris lingua, mens, & vita requiratur.***

XII. Ex his quæ aliquantulum latius disputata sunt, colliges, distinctionem amoris appetitativi, & intensivi minus apte applicari amori quo Deum diligere debemus. Ea parte quæ amorem appetitativum recentiores constitunt, in prælatione super omnes creaturas, optime discurrunt, sed abluant a vero, dum assensum habere prælationem posse sine fervore, & intentione ipsius

amo-

amoris. Quoniam, ut Deum his omnibus anteponamus quæ nobis carissima sunt, & summo opere delectabilia, magnus requiritur conatus, fortisque animi intentio. Quid quod amor ille, ut respondeat obligationi ipsius præcepti, debet talem animi promptitudinem in nobis confluere, ut parati simus ad quæcumque mala ferenda, mortemque ipsam appetendam, potius quam violare vel minimam præceptum legis? Et gradus iste fervoris necessarius est ad hoc ut amor sit iuxta menturam quam mandatum præscribit. Si vel minimum amor ille ab hac mensura decidit, non sufficit ad substantialem observantiam præcepti. Et hæc doctrina nec singularis, nec rigida est; sed ab omnibus approbati Theologi debet. Quapropter distinctio amoris appetitativi, & intensivi, quatenus excludit fervorem, & intentionem ab amore necessario ad præcepti observantiam, iure, ac merito reicitur a P. Petro Soto, ut inanis, & sterilis, quæ teporem, & ignavialem foreve apta est; atque securitatem periculorum plenam inducit. Fervor, & intentio, quæ ultra præceptorum observantiam animum impellit ad opera consilii, ad sublimioris perfectionis viam percurrendam, aut quæ in mutatis amorem amplexibus delicias suas constituit, non cadit sub præceptum; sed ad caritatem attinet proficientem, & perfectam. Ex his quæ fortassis latius quam oportebat disputavimus, colligas velim, dissidium quod inter Theologos super hac distinctione ardet, de nomine potius quam de re esse. Nam notio amoris appetitativi penes omnes eadem est. Quippe omnes fatentur per hunc amorem præferendum esse Deum omnibus creaturis, quantumvis nobis carissimis, servanda illius mandata omnia, frenandas, & supponendas appetitiones nostras suæ legis observationi. Porro amor hæc efficacitatem instruit, fervens, & intensus fit necesse est. Itaque cum omnes Theologi conveniant in notione quam dedimus appetitativi amoris; conveniant quoque fas est in hoc quod amor quo divinumimplemense mandatum, esse debeat fervens, & intensus: quippe appetitativus esse nequit, nisi simul sit fervens, & intensus in sensu a nobis explicato. Dum ergo recentiores Theologi docent hominem non teneri ad amorem ferventiorum, & intensivum, excludunt in intentionem, & fervorem aut sensibilem, aut qui ad perfectiorem caritatem pertinet: levis fervorem cum hostibus belligerantem, & illorum molimina propulstantem. In statu enim nature lapsæ amor appetitativus qui excludat

omnem conatum, & fervorem erga Deum, reperiri nequit. Dissidium ergo de nomine, secus de re est.

XIII. Quæst. IV. *Peccat ne mortaliter contra hoc præceptum qui deliberatè desiderat in hoc mundo perpetuo vitam degere?* Resp. Adfirmant, nulla adfecta distinctione, Thomas Sanchez Lib. II. in Decal. cap. xxxi. num. ultimum. & apud hunc Navarrus in *Man. cap. xi. num. 20.* Hadrianus IV. de *conf. quæst. iv.* Bartholomæus de Lesdina in *Sermon. Facram. dub. xxi.* Rodriguez Tom. I. *Sermon. cap. xi.* Idipsum docet Bonacina *disput. 1. quæst. iv. punct. 1.* Fagundes Lib. I. in *Decalog. cap. xxvii. num. 12.* eam tantum limitaverat num. 5. Ratio istius sententiae est, quia qui deliberatè animo istius vitæ perpetuitatem desiderat, hanc vitam preponit æternæ beatitudini: quæ hanc præposita prælatio culpa gravi vacare nequit. Longam autem vitam cupere licitum esse subdunt citati Auctores.

XIV. P. Castropalae oppositam defendit sententiam, & ante ipsam Fagundez, quamvis, ut indicavi, priorem tandem amplexus est opinionem. Ratio Castropalæ est, quod ex desiderio perpetuo vivendi in hoc mundo, non inferat prælatio vitæ huius delicias æternæ vitæ; alioquin etiam ex desiderio longioris vitæ inferri posset te istius vitæ voluntatis postponere æternam beatitudinem, & consequenter peccare mortaliter. Gravis siquidem culpa est vel momentum anteferre Deo fructibus præsentis vitæ usuram. Quare dum vitam sine termino ducere ayes, solum desiderare videris hæc vita non privari. Hoc autem suapte natura malum non est, sed potius bonum. Accedit quod ignores, salvandum ne an dammandus sis post hanc vitam. Ergo cum vitæ huius perpetuitatem desideres, id cupis, ut periculum evadās damnationis. Sed huius periculi fuga culpam non includit. Ergo desiderium absolutum perpetuo degendi in hoc mundo, non est peccatum mortale.

XV. Hoc Castropalæ ratiocinium, tamen si prima fronte speciosum appareat, si penitus tamen inspicitur, videtur in merum paradoxum decidere. Quippe Christianus non modo divina revelatione, sed experientia visibili scit, vitam istam caducam esse, certique cancellis definitam. Accedit ipsum scire lumine fidei se ad æternam beatitudinis possessionem comparandum creatum, redemptumque a Christo esse. Porro cum his veluti primis, altiusque menti infixis dictis quoniam do-

do

do componi absolutum desiderium potest istius vite perpetuo ducenda? Rationicum Castropalati metaphysicum est, quod ad expendendam practicè deliberationis moralitatem ineptum est. Quare ego non auderem absolute a gravi culpa Christianum qui delibere animo absolute cuperet istius vite perpetuitatem. Quod opponit Castrapalatus, ideo te desiderare vite huius aternitatem, ut periculum evadas aeternae damnationis, eo quod ignores, salvandum ne, ad dampnandus sis: ille huius deliruit opinionem, nostramque firmat. Siquidem via declinandi damnationem non est vite huius perpetuitas, sed fuga peccati & boni profectio. Quare desiderium illud perennitatis huius vite in praxi proficilicetur ex perverso voluptatum amore, ex impotentis affectu quo erga vitam, & sceleris rapiuntur homines. Quoniam aeterna supplicia perhorrescentes, & a vitis abstinere, ut illis se subducant, nolentes, desiderant istius vite perpetuitatem. Hac enim ratione & suis indulgere carnalibus appetitionibus, & inferni penas evadere sibi illudentes blandiuntur. Quare in praxi, ut minus, periculi plenum est desiderium illud. Fuga inferni non est mala, sed optima. Ab eodem fugere lex ipsa iubet. Sed tunc licita, & optima fuga est, cum fit iuxta legis præceptum, nempe declinando a malo, & operando bonum; secus, cum eligitur via illicita, & divina providentia ordini consiliato aperte contraria. Prior ergo sententia sic explicata probabilior, & tuior est.

CAPUT VII.

Tempora quibus divinum mandatum Dei diligendi obligationem imponit, designantur. Potissimum in primo rationalis vita momento hoc urget mandatum.

I. O Stendimus hæctenus mandatum diligendi Deum præceptum esse speciale, actumque explicitum supernaturalem amoris erga eundem Deum super omnia diligendum per se iubere. In præsens tempora sunt designanda quibus obligatio hoc urget. Quod ut præteritus facilius, & evidentiis, plures quaestiones inveniuntur. Primo loco fermo erit de obligatione per se. Deinde de obligatione per accidens.

II. Quæst. I. Obligat ne præceptum istud per se aliquo determinato tempore? Resp. Negabunt, inquit Leander tract. III. disp. XI. quæst. XI. Gaspar Hurtado, Maldonatus;

Tanfenius, Ioannes Sancius, Vasquez, & Medina, qui contendunt præceptum istud non esse speciale, nec peculiarem actum amoris iubere. Sed contraria sententia iam certa est penes omnes Theologos, etique post decreta Alexandri VII. & Innocentii XI. ab Ecclesia definita. Nec peculiari ratione indiget præter ea quæ dicta sunt.

III. Quæst. II. Satis ne est semel in vita actum amoris Dei elicere? Resp. Sententia affirmans damnata est ab Innocentio XI. que illis verbis concepta erat: *An peccet mortaliter qui actum dilectionis Dei semel tantum in vita eliceret, condemnare non audemus.* Hanc propositionem Didacus Hurtado dissent. 1. c. 1. adscribit P. Antonio Marchant, qui eam publice propugnavit Antverpiæ anno 1674. Si hoc verum est, legerat fortasse Marchantius Tamburinium, qui tamen, ut tacet, hanc propositionem non docuerit, ex illius tamen doctrina sponte prohibuit. Ante ipsam propositionem damnationem communitur Theologi eam improbarunt. Dominicus Soto Lib. II. de iust. & iur. quæst. III. art. 10. Navarrus in Manual. cap. XI. num. 7. Petrus Ledesma in Sum. II. Part. tract. III. de car. cap. v. concl. 6. Serra 2. 2. quæst. XVII. Bannez 2. 2. quæst. XLV. & communitur ceteri Theologi: post propositionem vero omnes. Laudatus Hurtado loc. cit. num. 6. refert Remigium Noydens in Sum. tract. II. cap. 1. §. 3. & Acacium de Velaico Tom. I. resol. moral. resol. 53. qui damnatam propositionem in medium adducunt, nec eam improbant; sed aiunt, eam liberare a multis scrupulis. Videntur quædam recentiorum ethicæ animarum remedium? De medio tollunt legem, ut serupulis animas subducant: cum deberent illis exactam inculcare legis observantiam, virtutumque exercitia, quæ sunt vere pacis, & tranquillitatis principia. Sententia præfata impugnatione non eget. Ex his que dicta sunt, evidenter illius falsitas constat. Nonne ipsi rationi repugnat quod semel tantum in vita diligitur Deus, qui principium, & ultimus finis est vite nostræ? Præceptum illud quod est plenitudo legis, quod unionem nostram cum Deo firmat, quod amicitiam divinam alit, & fovet, semel tantum in vita obligabit? Verum plura dicentur infra, ubi de debito repetendi actus divini amoris fermo recurret.

IV. Quæst. III. Præceptum caritatis obligat per se semel tantum singulis quinquennis? Resp. Sententia affirmans proscripta est ab Innocentio XI. que est eiusmodi: *Probabile estne singulis quidem rigorose quinquennis per*

per se obligare præceptum caritatis erga Deum. Hæc opinio tribuitur P. Antonio Escobario tract. v. exam. xv. cap. 1. ubi inquit: *Addo ex Fillicio probabiliter esse non quinquennis singulis rigorose obligare, sed sapientium arbitrio.*

Hurtado excusat innum Escobarium, quod non negaverit debitum amoris quoto quinquennio absolute, sed arbitrio prudentium id reliquere. Verum ex textu Escobarit patet, eximi fideles a solvendo singulis quinquennis hoc amoris pensio. Num postea elapso quinquennio obliget, hoc est quod Escobarium iudicio sapientium committit. Excusandus potius Escobarium est, quod auctoritate Fillicii, unius ex suis viginti quatuor Senioribus, talem recuderit opinionem quam postea retractavit, seu temperavit, inquit Hurtado, & Fillicium suæ relictis indemnitati I. Part. Lib. XLIX. Certum itaque nunc est fideles teneri intra quinquennium elicere actus caritatis ut divinum impleant mandatum.

V. P. Didacus Hurtado in sua Theologia Reformata excusat Escobarium ab opinione proscripta; sed ipse in eandem concedere videtur eo ipso tempore dum illam exponit. Quippe eia diss. v. cap. II. num. 15. scribit, iure, ac merito summum Pontificem damnasse recentiam propositionem, deinde subdit: *Quo factum est ut singulis quinquennis ex mandato Ecclesie ad Dei amorem extendendum tenerentur, eo modo, ac sensu quo ad confessionem tenerentur in annos singulos.* Hæc Hurtadi doctrina, aut falsa, aut nimis involuta est. Amor quo nos Deum diligere debemus, non vi præcepti ecclesiastici, sed vi præcepti divini nobis imponitur. Proposito damnata docebat mandatum caritatis non obligare ne singulis quidem quinquennis. Ecclesia definitivè propositionem hanc scandalis plenam effe, atque adeo declaravit falsum esse, præceptum istud non obligare singulis quinquennis ad actum caritatis. Nec verum est eodem modo ac sensu nos teneri ad actum caritatis singulis quinquennis quod in annos singulos teneretur ad confessionem. Amor Dei necessarius est necessitate mediæ ad salutem: secus externa peccatorum confessio. Neque Ecclesia imponendo præceptum annuæ confessionis declarat nos divino iure ad eam singulis annis teneri. Alio ergo modo, alioque sensu intelligendum est præceptum caritatis, ac præceptum annuæ confessionis: quia sine confessione in re potest quis salvus fieri; secus sine caritate, cuius mandatum per se, & non tantum per accidens obligat. Quid? Si non adisset ecclesiasticum præceptum, a Dei

amore liberi homines essent? Quis non videt, quam fit hæc P. Didaci Hurtado mirabilis Theologia Reformata.

VI. Quæst. IV. Obligat ne per se hoc præceptum diligendi Deum in primo instanti usus rationis? Resp. Adfirmat cum universa Thomistica Schola D. Thomas 1. 2. quæst. lxxxix. artic. 6. & in II. disp. xxviii. quæst. I. artic. 3. ad 5. & disp. xlii. quæst. 1. artic. 5. ad 8. & in IV. disp. xlv. quæst. 1. art. 3. ad 6. de Malo quæst. v. artic. 2. ad 8. & quæst. vii. artic. 10. ad 8. de Verit. quæst. xxiv. artic. 12. ad 2. & quæst. xxviii. art. 3. ad 4. Capreolus in II. disp. xl. qu. 1. art. 3. ad arg. Scoti. D. Antonius I. Part. tit. XIII. cap. II. §. 3. Caietanus in R. 2. quæst. lxxxix. cap. 6. Medina ibidem. Caietanus ibidem dub. 2. Gregorius Martinez dub. 1. Aravo dub. 2. Alvarez disp. clxxxii. Zomel disp. xviii. quæst. II. Silvester verb. Oras. Sorus de iust. & iur. quæst. III. art. 10. Victoria select. XIII. Bannez 2. 2. quæst. 2. Tolatus in cap. xlv. super Matth. quæst. cxxlix. Dionysius Carthusianus in II. disp. xxviii. Navarrus in Manual. cap. XI. num. 7. Martinus Ledesma I. part. v. quæst. 11. Toletus Lib. IV. cap. ix. num. 9. Ludovicus Lopez I. part. instr. cap. xl. Corduba Lib. II. quæst. v. ad 4. Vega in Conc. Trident. Lib. IX. cap. xlii. Rodriguez Tom. I. sum. cap. xi. Salmanticenses Scholasti tract. III. disp. xx. dub. 1. Salmanticenses Moral. tract. XXI. cap. vii. puncti. 1. num. 7. Natalis Alexander Lib. IV. Art. 10. reg. 4. Wigandt tract. vii. exam. 5. ref. 5. Gonetus, Contentonius, verbo Thomitæ omnes. Ex extraneis plures. Diana V. Part. tract. XIV. resoluit. 105. Granado tract. XIV. num. 2. Fillicius Tom. II. tract. xxii. quæst. IV. n. 288. Trullenchus Lib. I. in Decal. cap. v. dub. 3. num. 2. Silvius in 2. 2. quæst. xlv. art. 6. Anchor Theologie Moralis Petrocoronicus Lib. IV. tract. II. cap. 1. quæst. 11. Henricus a S. Ignatio Tom. II. Lib. IV. cap. vii. Patricius Sporer tract. 2. in 1. præcept. Decalog. cap. v. sect. 2. §. 4. num. 34. Antoine tract. de virtut. cap. 111. Paulus Lugduno tract. IV. disp. 11. art. 3. quæst. 11. Layman. Lib. II. tract. 111. cap. 11. num. 6. ubi citat Valentianum, Leander a SS. Sacramento tract. 111. disp. 111. quæst. XIV. Corduglia tract. 111. quæst. vi. Marchantius tract. 11. cit. 4.

VII. Primum omnium adducam auctoritatem ipsius D. Thomæ; que sola recentio-

rum multitudini praevalet. Cum vero (inquit 1. 2. quæd. lxxxix. art. 6.) usum rationis habere inceperit, non omnino excusatur a culpa venialis, & mortalis peccati. Sed primum quod tunc homini cogitandum occurrit, est deliberare de se ipso: & si quidem seipsum ordinaverit in debitum finem, per gratiam consequetur remissionem originalis peccati. Si vero non ordinet se in debitum fidem, secundum quod in illa aetate est capax discretionis, peccabit mortaliter, non faciens quod in se est.

VIII. D. Thomæ doctrinam favere D. Basilii videtur homin. in Psalm. 1. edit. Parisiens. Dum in prima adhuc confisimus aetate, nec improbi, nec virtute patris sumus: ea dum aetas habitus utriusque capax non est. Sed postea quam ratio nostra perfecta est, atque cumulata, tunc fit quod scriptum est: At cum venisset mandatum, peccatum rexit; et ego autem mortuus sum: Rom. vii. Exoritur enim mala cogitationes quæ ex carnis cupiditatibus in animis nostris generantur. Nam res ipsa ubi venit mandatum, hoc est boni honestique iudicium, si cogitationem peiorum non vincit, sed a pravis affectibus animum in servitutum redigi siverit; rexit quidem peccatum, mens vero peccatis intercepit moritur. Beatus igitur qui in via peccatorum non immoratus est, sed sanior consilio ad piam conversationem se recepit. D. Franciscus Salesius Lib. II. capit. xvii. *Fide a nobis exigit Deus, ut sui amor præreligiosis nostris amoribus altius cordi impressus toti cordi præsit, ac imperet, ut ardentiori affectu totam animam nostram obtineat, & maiori amplitudine nostras omnes facultates ad opus adhibeat, ut sit sublimior, omnemque nostram mentem impleat. In summa est amor excellentie, vel excellentie amoris, qui omnibus mortalibus in genere, & in specie, seu generaliter, & particulariter, unicuique mandatus est.* & hoc a PRIMO MOMENTO quo incipiunt uti ratione.

IX. Antequam rationes nostræ sententiæ profero, nonnulla quæ viam seruant ad ea quæ dicturi sumus, facilius percipienda, præmittamus fas est. Primum itaque omnium animarum vertendum occurrit, infantis, seu momentum illud in quo puero rationis lux affulget, physicum non esse, sed morale, quod plura infantia physica comprehendere potest. Plures quippe actus fluunt in illa prima deliberatione qua puer de se ipso decernit. Primum est intellectus, seu iudicium, quo bonum commune percipit ut sibi congruum, atque conveniens: & sub hac ratione bonum istud

physicum est, quod nec honestatem formalem prodit, nec delectabilitatem, quæ rationes, seu modi boni morales sunt. Ab his igitur rationibus primus iste actus præcidiunt. Hunc actum consequitur in voluntate amoris actus erga bonum physicum. Porro uterque actus nulla prævia electione, vel ratiocinio sunt, sed ab auctore nature sati procedunt. Solius namque Dei est creatam voluntatem ex propria inerti potentia extrahere, illamque in actu conlittere. En semina, & primordia infantis usus rationis. Succedit illico alius mentis actus quo puer ab ordine physico in ordinem morale ingreditur, & per principia lynderelis ab auctore nature indita sine ratiocinio discernere incipit inter bonum & malum morale, seu considerat & bonum illud quod congruit rationi rectæ, seu homini prout ratione prædicit; & aliud bonum quod difformit et inordinat rectæ rationi, placet vero, Hac facie appetitio sentienti irrationali. Hæc facie appetitio in intellectu, continuo tangitur homo interiore sollicitudine qua impellitur ut in seipsum sententiam dicat, deliberetque, quodnam sibi deligere ex duobus bonis velit, cuiam parti adhaerere constituat. In hac sententia, in hac deliberatione, in hoc iudicio infantis morale conversio in Deum complectitur. Secundo notandum venit, quod quibusdam pueris tardius, quibusdam celerius rationis crepulum illucet, tum propter maiorem, minoreve intellectus perspicaciam, atque temperamentorum diversitatem; tum potissimum propter variam educationis formam. Tertio loco illud considerandum est, quod alia ratio de pueris fidelium, alia de pueris infidelium habenda sit. Illi quippe fide explicitè supernaturali; isti cognitione, amoreque naturali, iuxta illorum diversam capacitatem, ut infra explicabimus, conversio in Deum debent. Postremum hæc conversio in Deum fieri debet amore explicito, efficaci, & super omnia. Hic autem amor efficax, & super omnia in Deum, etiam auctorem nature, indiget auxilio supernaturali. His præmissis, sequens conclusio evincitur.

X. Præceptum caritatis obligat omnes homines, cum rationis usum affectu sunt, ut sub pena gravis culpe se se in Deum convertant, illum efficaciter diligant, iuxta illorum diversam capacitatem. Rationes, ut mea præfert opinio, valde evidentes propono. Præceptum primum, & maximum caritatis aliquo vitæ tempore obligat. Atqui nullum magis opportunum tempus designari huic gravissimæ obligationi potest quam illud in quo ho-

mo

mo rationis compos factus, primordia vitæ suæ rationalis præcæcit, seu in quo de ipso deliberare debet. Ergo homo, cum primum rationis utrum affectus fuerit, Deum suum amore efficaci, & super omnia prosequi tenetur. Prima propositio extra dubitationem aleam constituta est. Secunda, evincitur. Cum primum homini lux rationis præfulget, illique representat suum supremam conditionem, quem ignorare nemo sine culpa valet, quodam veluti amoris pondere in parentem suum fertur, rapturque. Lux illa rationis ei aperit in hunc mundum veluti in quamdam militiam ingressum. Navigationem quam portum tenere debeat, ostendit. Hinc syrtis, hinc fœculi obvii occurrunt: oppolitur via patent; altera rationis, altera concupiscentiæ: bonum honestum præbet illa; tentisibilia, atque delectabilia porrigit hæc. Principia lynderelis ab auctore supremo indita, dictata alius menti impressa, amplexum honestatis, & rectitudinis vehementer suadent; radios emittunt, quibus ob oculos ponunt, quam sit rationali nature congruum contentaneumque bonum honestum amplecti, atque illam inre viam quæ ad amplexum ducit conditoris sui. Sensus e contrario concupiscentiæ, ac univeria rebellium appetituum turba, demone duce, & deceptore, bona delectabilia, voluptates carnales, delicias viduis representant, offerunt, inserunt. In medio hoc tremendo constitutus homo veluti pro tribunali sedens quam arripere viam velit, deliberare debet. Quid enim est rationis usus, nisi discretio bonum inter & malum? Primum autem omnium illius mundi bonorum homo ipse est, propter quem cetera cuncta bona facta sunt. Quod igitur tunc in mente hominis prævalet, est, inquit Angelicus, *deliberare de se ipso*: cetera quippe bona per ordinem ad seipsum amat. Amor ergo sui ipsius aliorum amorem præcedit. Omnium enim quæ sunt in mundo, finis homo est. Finis vero ultimus hominis Deus. Ergo quemadmodum alia bona propter seipsum amat, sic seipsum cum omnibus bonis propter Deum diligere debet. Quid hæc, quælo, deliberatione naturalis? Quid nature ratione prædicit congruentius feruntur creature omnes impetu validissimo in suam libi proprium. Deterioris ne conditionis erit homo ratione ornatus? Explicent adversarii velint, in quo ipso rationis usum constituit. Nonne in discretionem boni, malique? Bonum ergo, aut malum amplectitur tunc homo, necessum est. Nec enim suspensio deliberationis obtundi va-

let; si nunc de usu, de exercitio rationis sermo nobis est. Quemadmodum qui iterarripere debet, ubi dux solæ occurrunt viæ, aut unam eligit oportet, aut alteram: sic homo ingrediens in hunc mundum, dum primum rationis apparat dibitulum, duplicem virtutis, & vitii semitam offendens, alteram præmendat eligat fas est; honesti, vel inhonesti; boni, aut mali; Dei, aut demonis. Tribunal rationis circiter septennium, citius, aut tardius, ut innumis, diem dicit, & quæque dilatione pulsâ, sententiam debeatam proferri iubet.

XI. Quæ hæcenus propositi, validius confirmo. Lex, sicut & fides Christi, cum primum hominibus intimata, ac sufficienter promulgata est, nonne ad eam amplectendam, eique parendum devincuntur? Licetum ne cuiquam est, promulgatione necessaria facta, aut illi obedientiam detestare, aut consensum in aliud tempus differre? Quidni ergo cum rationis tribunal legitur naturaliter diligendi Dei indicit, promulgat, explicat, inuadente, servanda ea erit? Quid est quod ab observationis vinculo solvere valet? Difficilis est altissimis christianæ fidei arcibus assensum præbere, atque in illorum obsequium mentem captivare, quam legi naturali, quæ patremque parentem diligendum imperat, parere. Si nemo immunis a culpa indicatur qui aut resistit fidei arcibus sufficienter promulgatis, aut anceps consensum in aliud tempus protrahit; innocens ne dicendus erit qui legem rationali nature quam maxime contentantem violat, infringit, conculat? Quid, quælo, est quod animantibus omnibus tributum a natura fit ut sibi caveant a malo, ut bonum congruum teneant, ut diuturnum seu infunctum nature firmiter sequantur? Hæc vero privilegia denegabimus animæ rationali, creaturam omnium excellentissimæ, in cuius gratiam cuncta alia condita sunt? Quodnam officium, quodnam munus attribuant exorienti lumini rationis receptiones, scire vellem. Torpida ne ac stupida vivida illa rationis lux in suo ortu excita erit in puero post septem annorum intervallo, ut dormiat, ut torpescat? Quod si quidquam agere debeat; ut apius ne, dulcissime exercitium occurrere ei potest, quam suum salutare. Est hoc enim, illum in Deum suscipere, illum alioqui, illum, alicuius dalecissimos amplexus, si que cordis primitias illi consecrare? Nihil ne agere dixerint? Quod si officium, atque exercitium concesserint, quod-

N. 2.

nam.

nam propinquus homini, aut naturalius, aliquam amorem sui Creatoris, suaque aeternae felicitatis desiderium, designare valebunt?

XII. Optima dictu haec omnia sunt, respondent advertarij. Sed ad illa implenda vi precepti, seu sub poena aeternae mortis puerum in ipso rationis initio adigere, durum nimis, valdeque asperum apparet. Verum argumentatio nostra hinc magnopere infaturatur. Praeceptum caritatis aliquo certo tempore obligat: idque concedunt omnes. Recentiores, dum tempora percurrunt quibus antiquiores Theologi urgere praecipuum docuerunt, omnia fere, ut minus observantiam mandati congrua, respuunt. P. Thomas Sanchez Lib. II. in Decal. cap. xxxv. a num. 6. usque ad 10. lato calamo improbat octo circiter varias Theologorum sententias, hoc de argumento, quarum aliae praecipuum illud urgere afferunt semel in vita, aliae in articulo mortis, aliae sub initium rationis, aliae singulis diebus dominicis, aliae singulis annis &c. Ille autem post oppugnatas tum laxas, tum venustiores opiniones, sic concludit: *Ultimum tempus est, cum graves odii Dei tentationes insistant, & periculum illis succumbendi adeat, nisi tentatus actus amoris Dei eliciat. Et in hoc eventu existimo obligare praecipuum hoc dilectionis Dei super omnia per se, & ex vi huius precepti.* Et ego exillimo hanc P. Sanchez opinionem non modo falsam, sed etiam in profectis ab Ecclesia propositionibus contineri. Quippe alia tempora quibus ceteri Theologi docent praecipuum urgere, ille reiecit; mandataque obligationem illi dumtaxat tempore illigat quo tentationis odio habendi Deum animum pulsant, imminente succumbendi periculo, nisi contrarium amoris actus odium repellat: Haec videtur opinio P. Sanchez, ut legenti constare potest. Haec autem sententia in dupli- ceter propositione damnata contineri, satis evidenter ostenditur. Una ex propositionibus damnatis est, quod hoc praecipuum per se non obliget. Porro si tum solum per Sanchezium obligat hoc praecipuum, cum odium Dei animum vellicat; non per se, sed per accidens obligabit. Per accidens enim est, & nullatenus per se, quod tentatio odii Dei homini occurrat; sicut & per accidens est quod alia via, aliove remedio luprari nequeat. Altera propositio proscripta est: quae docebat, ne singulari quidem quinquaginta divinum mandatum per se obligare ad actum dilectionis. Porro non solum quinquaginta, sed decennia, quindennia fluere, immo &

totam transigere vitam homo valet, quin aliquam experiat tentationem odio habendi Deum. Et continua experientia constat rarissimos reperiri Christianos huic tentationi obnoxios. Rarissimi ergo erunt qui divinum, maximumque mandatum caritatis implere teneantur. Sed haec per transiennam dicta sunt, & ut lectores admonerent, ne hanc P. Sanchez sententiam absque examine admittant. Scripti ille ante procriptionem opinionum; idcirco venia dignus, si quandoque a vero aberravit. In semitam nunc redeamus.

XIII. Pluries designatis temporibus praecipuum caritatis obligare, ex definitione Ecclesiae certum est. At nullum designari tempus valet in quo tot occurrant rationes ortu. Nam puer rationis compos factus, aut Christianus est, sacro ablatus lavacro; aut infidelis. Si infidelis, nullo alio tempore aptior est ad vocem naturae audendam, ad prima illa synderesis principia cognoscenda, quam illo rationis initio: nulla quippe tunc actualium peccatorum tenebrae. Sola regnat originalis culpa. Adultus effectus undique verum caligine superstitionis obducitur, criminem sordibus mens inquinata, ac carnalium voluptatum illecebris fasciatus animus; ita sensuum delictis affixus est, ut vix oculos mentis sursum attollere, & caelestia desiderare valeat. Si puer rationis participavit Christianus; in floridissimo innocentiae baptismalis flatu reperitur. Nulla tum vel levis macula in illa anima, sed ut perlicula crystallus, limpida, & pura relict: nulla ibi caligo, tenebrae nulla; immo undique lux, undique splendore. Prima illa virtutum luminaria ab Auctore naturae lata nullis peccatorum spinis suffocantur. Principia illa universalis honestatis veluti infra, & inata nullam adhuc habent impedimentum. Quae itaque congruentior opportunius implendi primarium naturae mandatum, amorem imperantis Creatoris? Sed perse porro, & ultius asseruntur. Ornamenta ille infusarum virtutum fidei, spei, & caritatis otio tunc ne, & inertia distulsiunt? Quaeque virtus in suos erumpere actus gessit. Inertes ne tunc fides, & spes? Otiosa ne caritas illa habitualis? Ut quid animae insula, nisi ut operetur? Effusit rationis radiis non accenditur igitur ille caelestis? Quid, quaevis, officit ne ardeat; tum & contrario omnia ad flammam disposita sint? Nulla ibi peccatorum horrida tabes, nulla caligo. Omnia munda sunt tum naturalia, tum superna.

naturalia dona. Emicat ratio, lucet fides, spes excitat: quidni ergo addebit caritas? Percurrant advertarij momenta vite singulara, nullumque inveniunt in quo tot rationes amandi, & ad amandum dispositiones occurrant. Si ergo certum est pluries in vita caritatis mandatum urgere, hoc sane potissimum tempore adiu imperare fateantur oportet.

XIV. Accedit quod omnium praecipuum meta sit caritatis praecipuum. *Finis autem praecipii est caritas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.* A conscientia bona, & fide non ficta, A conscientia bona, & fide non ficta, non intelligentes neque quae loquuntur, neque de quibus affirmant. Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitime utatur. I. Ad Timot. I. In hoc D. Pauli testimonio valida habetur sententia nostrae confirmatio. Si enim univerſae legis finis caritas est, principium quoque illius sit oportet: quoniam haec est finis praeparativa, ut ea ratione qua est in executione, huc confectione rei amatae posterior, sit in intentione prior: quae intentioni simul executionem includit, ut medium quo res amata recipere obinetur. Ultimum quod nauta attingit, portuseit, quo iter fuit inſtituit; at hic est quem primo in animo sibi praeficit gubernator, ut illic navim a scopulis illecebrae recta dirigere queat. In ipso rationis ortu ingreditur homo in hunc moralem vite mundum, cui in vastum oceanum anfractuum, scopulorumque plenum. Hinc sensuum licentiae pellicium, voluptatumque praestigium excecant; illic scythes, & naufragia terrent. Quis est portus quem petit? Deus. Quis est navis clavus? Amor Dei, seu conditio firma cum prima regula. Omnia alia praecipua ad hanc intimam sunt ordinata unionem voluntatis cum Deo. Haec unio, hic amor principium quoque est aliorum praecipuum, quorum nullum sine hoc amore, ut oportet, perfecte impletur. Ergo istius divini primique mandati observantia cetera omnia praecedere debet. Ergo sub initium vite rationalis hanc primam regulam amplecti, hinc inherere homo debet, ut felicitatem incertum iter persequi valeat, portumque tenere. Si praecedat hanc christiane professionis primam balim, solidumque fundamentum, & optima sunt. Contra vero si ab hac recedit prima rationis regula, si hoc navigationis huc gubernaculum negligit, cesu navis sine clavo, scopulis, scythis, ac naufragio expostus est. Quae omnia ostendunt nullum

opportuniſſimum designari tempus posse de quo urgeat praecipuum illud quod Deo hominem coniungit, quam rationis primordia. In quolibet aedificio tum potissimum aedificator attentionem, sollicitudinemque adhibere tenetur, cum illius fundamenta ponit. Quicumque aliquod negotium aggreditur, tum maxime regulas omnes exacte prudentiae consulere, expendere, serioque examinare cogitur, cum primum illud incipit. Quis ergo dixerit hominem non teneri hanc eandem servare methodum, dum primo aeternae salutis negotium agere incipit? Haez ratio ex Angelico haulla est, qui quaeſt. XVIII. de verit. art. 3. ad 4. haec habet: *Cum quislibet tenetur peccatum vitare, & hoc fieri non potest, nisi praestitit sibi debito fine, tenetur quislibet, cum primo sua mens est compos, ad Deum converterere, & in eo firmo consistere: & per hoc ad gratiam disponitur.* Primum ergo quod obviam venit homini in rationis ortu, est suae salutis negotium. Prima synderesis principia vix naturae, virtutum infusarum minima, actualia auxilia quae Deus confert; una voce, uno concentu hanc illi intimant veritatem. Si in tot circumstantiarum apparatu praecipuum tibi consulendi, regulamque honestatis amplectendi non urget; quando urgebit? Designari ne tempus aliquod valet in quo tot concurrant rationes quae Deum amandum evincat? Ex his liquidem recte viae primordios plurimum secundus torius curus eventus pendet. Contra si orla vite rationalis a regula declinant honestatis, ite itineris initia aberrant toto caelo ipſo; quo ultra fiet progressus, eo erit a Deo recessus longior, atque aeternam pereundi pericula graviora. Ex consultatione eorum quae advertarij opponunt, clarior etiam fiet sententia nostra.

XV. Contrariam sententiam commutiger sustinent PP. Societatis. Sanchez Lib. II. in Decal. cap. xxxv. Naqueq. 1. 2. q. lxxxix. disp. cxxix. art. 6. cap. 11. Suarez Tom. IV. in II. Part. disp. xi. sect. 2. num. 14. Valentia 1. 2. disp. vi. quaeſt. xix. punct. 3. Azorius Lib. IX. cap. xv. quaeſt. 1. Castro palus tract. vi. disp. 1. punct. 4. num. 2. Arriaga 2. 2. disp. xxxvi. sect. 3. Filiucius tract. xxxi. cap. ix. quaeſt. viii. Arriaga, Filiucius, Valentia in utramque partem distulant, & modo ab una, modo ab altera parte paululum recedunt. P. Moya tract. disp. vi. quaeſt. 11. §. 2. num. 10. loquens de hac sententia haec scribit: *Primam defera: quia haec obligatio Auctoribus tantum scholasti-*

abundanter confert. Neque hoc extraordinarium iudicari debet, cum ad divinam providentiam perveniat cuiuslibet de necessariis ad salutem providere, dummodo ex parte eius non impediatur: inquit Angelicus *quæst. xiv. de verit. art. 11.* Hinc colliges veram intelligentiam illius axiomatis: Facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam. Facienti, inquam, quod in se est ex viribus gratiæ. Deus ergo pueris gratiam confert actualem ad honeste vivendum; cui si non reluctentur, uberiorum suppeditat, fideique lumine eos perfundit: quandoquidem, quia neminem ille perire vult, omnibus providet de necessariis ad salutem. Illuminat enim omnem hominem venientem in hunc mundum, in mundum scilicet rationis. Hunc mundum lucis rationalis ingredientibus omnibus lux lucis radios Deus infundit. Adversarii, gratias actuales, ad conversionem in Deum necessarias obsecratis, & induratis peccatoribus Deum conferre ampla manu propugnant, eorumdem liberi arbitrii vires mirum in modum extollunt. Poriori ergo iure hæc omnia fieri debent respectu puerorum in florido illo primo rationis statu.

XXI. Obiic. 5. Nemo unus meminit, se in illo primo rationis ortu notitiam istius habuisse præcepti, aut illud se implevisse. Hac posita ignorantia, & dubitatione omnes confiteri debebunt peccatum illud. Resp. Sicuti nemo recordatur, se huius præcepti cognitionem habuisse; sic nemo recordatur, se eadem caruisse. Et tamen certum est vel illam habuisse, vel illa caruisse. Obiecta igitur oblivio neutram partem vel ledit, vel iuvat. Quare respondeo, plurimos non solum non recordari, sed ex eorum moribus satis valde colligitur illius transgressos præceptum fuisse. Plurimi pueri hæc divinum violant mandatum tum ob pravas habitudines, & temperamenti inclinationes, quibus inserviunt; tum ob parentum non solum desidia, incuriamque, sed perverfam educationem, flagitiorumque plenam. Noli modo parentes, potissimum istius temporis, negligunt optimis puerulos imbueret moribus, innata virtutum semina fovere, gratiam baptismatis excolere, piæ cogitationes in illorum serere mentibus, cordique affectus in Deum, Divolveque percipere, verum etiam illorum oculos, sensusque pravis fascinant exemplis. Eorum mentibus primum omnium vana mandata effata imprimunt: delicias, fastum, luxum, thelaurus, gloriam, ceteraque insanientis mundi illecebras extollunt. Quare mirum non est, si hodie tanta in pueris concipitur pravitas, frans, & do-

lus, ut admiratione vel sagaciorum mentes suspendantur. Tænera est illa ætas, & veluti mollis cera flexibilis, & tractabilis, eas suscipit rerum formas quæ auribus, sensibusque occurrunt. Qua ratione, si sancta sunt quæ vident exempla, si pia quæ audiunt colloquia, sermonelque fuerint; pietatis recipiant formam. Quapropter isthuc parentibus curas suas conferant, isthuc parochi, & christianæ doctrinæ magistri studia colligant sua, ut sanctis imbuant præceptionibus hæc tenerrimam ætatem: niantur parvulos istos in divini amoris palestra exercere; illorum auribus continenter divine bonitatis amabilitatem, liberalitatis, misericordie immensitatem, iustitiæ, & vindictæ severitatem infillent, ut qua terrore, & tremore, qua amore, & fiducia in Deum erigere corda doceant. Si hæc omittant parentes, parochi, iudi magistri præstare, non video qua ratione exculari a culpa possint. Quoniam, tamen daremus iustitiæ rigore, vique mandati devinctos non esse pueros amoris primitias Deo litare; quis inficias ire aulit, hoc tributum offerendum divine maiestati saltem esse immuneris titulus ubertatis, gratitudinis, & summe convenientiæ? Si carnalis pater, ut primum a filiis disjunctus, salutandus est; si Rex, dum primo coronam accipit, dum regni thronum primum occupat, fidelitatis sacramento subditos adigit, ut obsequium sibi præstent: quid æquius quam ut primum rationis splendore divinum Parentem, supremum Monarcham, Creatorem, Redemptoremque nostrum manifestat, eidem primordia moralis vite offerant? Quid æquius quam ut inde vite nostre rationalis orla incipiant, adolescant, & creantur, ubi tandem desinere debent? Quid æquius quam ut in Deo vivere ceperit cor nostrum, cum quo in seculorum secula regnare debet; idemque sit principium, ac finis vite nostre? Quod autem ipse debuit consistendi istius præcepti provisionem, dicimus, quod, cum hæc omisso occulta sit, quilibet debet sub dubio saltem consistere. Neque hoc scrupulos ingerit; sed securitatis ætate salutis consistit. Navarrus in Enchiridio de Oratione cap. 111. num. 17. de hac omissione se confessum fuisse candidè fatetur; nec continuo scrupulosum se esse existimavit. Sufficit tamen istius omissionis generalis confessio, quin singula expendantur tempora, ut sic anxietas nimia, & importuni scrupuli auferantur.

XXII. Obiic. 6. Puer ad usum rationis

per-

perveniens potest non advertere ad obligationem præcepti, suamque deliberationem suspendere, & ad neutrum se se determinare: vel poterit malum detestari, & ab eo declinare, quin electum actum amoris erga Deum. Resp. Ab hoc ultimo ut ordiamur, ex amore re boni, fuga mali proficiuntur. Si puer a malo declinet, eo ipso eligit bonum. Quia bonum quaeritur, ideo refutatur oppositum malum: inquit D. Thomas 1. 2. quæst. xxv. art. 2. Tota vis declinandi malum a bono est. Quod ad suspensionem iudicii atinet, iam inter disputandum convulsium fuit. Vita rationalis in actibus intellectus, & voluntatis sita est. De istius vite exordio sermo nunc recurrit. Si vita primos suos exerit actus, dici haud potest, quod illos suspendat. Eo ipso ergo quod puer docere rationis vitam incipit, quod malum a bono internoscit, quod lumen synderesis clare ei bonum honestum amplectendum, malumque fugiendum representat; sponte fluit electio boni, aut mali. Potissimum quod prima boni honesti notitia a Deo indita sit; atque adeo clara, & perspicua. Quippe Deus illam primam illustrationem immitit, ut sit veluti fons sequentium cognitionum quæ ad ordinem attinent moralem. Idcirco illa prima notitia nec semiplena, nec dubia, nec hærens est; sed completa in sua linea, & perfecta: ut puer constitutus in actu valeat ipse ratiocinari, deliberare, & eligere. Ne multa: ipsa recta ratio tunc clare ostendit non esse ambigendum, nec hærendum; sed bonum deliberatè amplectendum, malumque vitandum. Quare si puer suam suspenderet iudicium, recta ratio nihil resisteret, purgaretque adventus synderesis principia. Necesse est ut deliberet, alterutrumque selegat.

XXXIII. Ex momentis quæ pro nostra aduximus sententia, & ex constitutione difficultatum quas opponere adversari solent, quisque nunc colligere valet, quam commendabilis, quam non modo probabilis, verum etiam probabilissima, inaque verissima sit hæc nostra opinio. In cuius tamen maiorem confirmationem explicare breviter iuvat hæc propositum propositionem ab Alexandro VIII. Bonitas obiectiva consistit in convenientia obiecti cum natura rationali; formalis vero in conformitate actus cum regula morum. Ad hoc sufficit ut actus moralis tendat in finem ultimum intrinsecum. Hinc homo non tenetur amare neque in PRINCIPIO, neque in DECURSU vite sua moraliter. Propositio quatuor constat partibus, Dux prima partes, quæ

bonitatem obiectivam, & formalem suscitatur, innocitæ sunt. Tertia falsa est, & eadem, ut ego quidem arbitror, profertur videtur: quoniam unget præceptum sapere referendi actus nostros expresse, & actualiter in Deum ultimum finem. Præterquamquod actio moralis in aliquem finem honestum aut actum, aut virtualiter directam fit oportet, ut formalis moralitas in actu eueat. Quarta pars profertur etiam, nemine dissidente. Sed duplex occurrit sentus propositionis, nempe vel disjunctivus, vel distributivus, & copulativus. Primus ergo est. Amari finis ultimus debet vel in principio, vel in decursu vite. Et quod hoc in sensu hæc propositio fit vera, & contradictoria illius damnata, nemo ambigit: quin hoc in sensu iam damnata erat propositio ab Alexandro VII. & ab Innocentio XI. Alter sensus est. Amari finis ultimus debet in principio, & in decursu vite. Et hic quoque sensus verus est, & in opposito sensu damnata videtur est relata propositio: idque tamquam probabilis descendit in ipse P. Claudius La-Croix Lib. 11. num. 145. Quod si hoc verum fit, uti verissimum esse ego censeo, salvo semper meliori iudicio; consequitur contrariam recentiorum opinionem, qua docent, pueram in principio vite rationalis non teneri se convertere in ultimum finem, & includi in proleptia propositione. Nec sibi consistere videntur quæ docet laudatus La-Croix loc. cit. num. 144. nempe probabilis esse non teneri puerum sub initium rationis se convertere in finem ultimum: & deinde num. 145. subdit esse certum nos teneri in principio, & in decursu vite tendere in finem ultimum. Si certum est nos astringi ad amplectendum finem ultimum in vite exordio, quomodo probabilis est nos non teneri? At, ut ut fit de hoc, illud mihi videtur certum, sententiam nostram in praxi tutam esse.

CAPUT VIII.

Quam aspera, & rigida sit recentior sententia. Legit evangelicæ mandata difficulta in se, caritatis amore sanata sunt. Actia tempora frequentioris obligationis designantur.

I. Incredibile omnino videtur Theologorum aliquem existisse qui in suis cogitationibus eoulus exorbitaverit a veritate, ut expresse amove diligendum esse Deum negaverit. Lex, natura, urbanitas, gratitudo, religio, iustitia clamant, inclamant-

manque, Deum mundi creatorem, conservatorem, providentem supremum amore colendum esse: & Theologi in nova principis, in legis tum veteris, tum nove regulis optime exculti prafatum amorem denegant. Undenam, quælo, tam insolens cogitatio, tam monstrofa opinio? Nec enim patum nostra interefc illius tam manifefte aberrationis originem repetere. Quippe fi palam fit vel ipsum primum, exploratumque caritatis mandatum, obnubilatum quorundam Theologorum difputacionibus fuiffe, ac fere omnino de medio fublatum; non valde laborandum erit ut malorum multitudinem que in alia minus comperta præcepta inveniunt nimia difputandi libido, offendamus. Dnas autem tantorum radices malorum per tranfienam hic indicabo.

II. Prima eft factionis fpiritus. Ex quo feculo elapfo extremas ingredi vias non pauci Theologi cœpere, quique fufcepti extremi partes non tuert modo, fed amplificare, & extollere, e re fua efle exiliamur. Qui in nimii rigoris extremum prolapsi funt, caritatis officia tanta funt levertate interpretati, ut confilia quæ amoris divini perfectionem, ferventemque fuadent, & promotent, præceptorum loco inculcaverint. Opera omnia caritate deftituta in peccatorum cenfum reiiciunt. Ad referenda omnia in Deum opera, non ftatis temporibus tantum, fed continenter actû, vel virtute vi præcepti homines adigunt. Toties illos peccare contendunt, quoties omittunt in Deum fua referre opera; tametsi operis homelate fupæ naturæ in Deum referibili, pellenti, nulleque perverfa intentione ducti, actiones exerceant veras. Contra, adverfe fcholæ fautores, ut ab his declinent anfractibus, in peiores fere errores deciderunt. Quoniam, ut unoquo nulloque negotio omnia hominum hoftium produco. In Pfal. lxxvi. *Quidquid enim difficile eft in præceptis, leve eft amanti. Non ob aliud recto intelligitur dictum Matth. xi. 30. Onus meum leve eft, nifi quia dat Spiritum fanctum, per quem diffunditur caritas in cordibus veftris.* Fulius loquitur ferm. lxxvi. cap. 1. *Durum videtur, & gravare quod Dominus imperavit, ut, fi quis eum vult fequi, abneget fe ipsum. Sed nec eft durum, nec eft grave quod ille imperat, qui adiuvat ut fiat quod imperat. Nam & illud verum eft quod ei dicitur in Pfal. xvi. Propter verba laborum tuorum ego cuftodivi vias duras: & illud verum eft quod ipfo dixit Mat. xi. vers. 30. Iugum meum leve eft, & onus meum*

ftas opinationes peperiffe. Quippe plerique (inquit Cicero in Lucullo) *errare malunt, eamque fententiam quam adamarunt, & pugnaciffime defendere, quam fuis pertinaciter, quod conflantiffime dicunt, exquirere.*

III. Altera radix nimia laxitatis eft erronea intelligentia illius Chrifti Domini oraculis: *Iugum enim meum fuaave eft, & onus meum leve: Matth. xi. vers. 30.* Porro recentiores quidam, ut iugum iftud fuaave dicunt verum offendant, nihilque afferre in commodi, & oneris chritiane religionis profefforibus, carnis appetitionibus fudent accommodare. Hinc eft quod quoties occurrit aliquod divinum mandatum humanis appetitionibus infelsum, continuo illud vanis diftinctionibus, & metaphyficis abftractionibus extenuare, vimque totam, & obligationem elevari nituntur, illudque totis lateribus inclamant: *Iugum meum fuaave eft, & onus meum leve.* Porro erronea iftus textus intelligentia, poffiffima eft laxitatis caufa.

IV. Sensus itaque genuinus evangelici oraculi promendus eft, ut hinc pateat quam fit alpera, dura, & teretica de divinis mandatis opinio recentiorum. Iugum ergo evangelice legis fuaave eft, & leve: quia fcilicet iugum amoris eft, lex caritatis eft, fedus amicitie eft. Dura funt præcepta carni, & languini inimica, carnalibus delideris, & voluptatibus proflus infelta. Verum dulcedo amicitie amaritudinem tollit, celeffis illa caritatis unctio fuavitatem effundit: vis illa effaciffima amoris erga fuum mutuum amorem, & amatum difficultates, & impedimenta omnia devincit, hoftes deprimit, laborem nullum experitur; quantumvis dura alioquin fuapte natura lint præcepta illa que exequi debet. Hæc eft omnium Patrum doctrina.

V. Paucos ex multis D. Auguftini textus produco. In Pfal. lxxvi. *Quidquid enim difficile eft in præceptis, leve eft amanti. Non ob aliud recto intelligitur dictum Matth. xi. 30. Onus meum leve eft, nifi quia dat Spiritum fanctum, per quem diffunditur caritas in cordibus veftris.* Fulius loquitur ferm. lxxvi. cap. 1. *Durum videtur, & gravare quod Dominus imperavit, ut, fi quis eum vult fequi, abneget fe ipsum. Sed nec eft durum, nec eft grave quod ille imperat, qui adiuvat ut fiat quod imperat. Nam & illud verum eft quod ei dicitur in Pfal. xvi. Propter verba laborum tuorum ego cuftodivi vias duras: & illud verum eft quod ipfo dixit Mat. xi. vers. 30. Iugum meum leve eft, & onus meum*

leve.

leve. *Quidquid enim durum eft in præceptis, ut fit leve, caritas facit. Novimus quanta ipfe amor faciat . . . quanta homines perpeffiffi funt: quanta indigna, & intolerabilia pertulerint ut pervenirent ad id quod amaverunt.*

Item Lib. de natur. & grat. contra Pelagianos cap. lxxix. *Valde autem bona funt præcepta, fi legitime his utamur. Eo quippe ipfo quo firmiffime creditur Deum iuftum, & bonum impoffibilia non potuiffe præcipere; hinc admonetur & in facilibus quid agamus, & in difficultibus quid peccemus. Omnia quippe funt facilia caritati, cui Chrifti facina levis eft: aut ea non eft facina ipfa que levis eft, fecundum hoc quod dictum eft I. Ioan. v. vers. 3. Et præcepta eius gravia non funt. . . .*

Prope te eft verbum, in ore tuo, & in corde tuo . . . Corvæus ergo quifque, ficut ibi præcipitur, ad Dominum Deum fuum ex toto corde fuo, & ex tota anima fua, mandatum Dei non habet grave. *Quomodo eft enim grave cum fit dilectionis mandatum? Aut enim quifque non diligit, & ideo grave eft: aut diligit, & grave effe non potefc. Diligit autem, fi, quod illic admonetur, Ifrael corvæus fuerit ad Dominum Deum fuum ex toto corde fuo, & ex tota anima fua. Mandatum, inquit, novum do vobis, ut vos invicem diligatis: Ioan. xiii. & Qui diligit proximum, legem implevit: & Plenitudo legis caritas. Secundum hoc & illud dictum eft: Si ambularent femitas bonas, inveniffent atique femitas iuftitie lenes. Quomodo ergo dicitur: Propter verba laborum tuorum ego cuftodivi vias duras? Pfal. xvi. nifi quia utrumque verum eft. Dura funt timori; Leves amori. Plurima alia ex D. Auguftino afferre poffem, ut evincerem mandata divina dura utique efle, & gravia, fi fole præfentur naturæ vires, & præcepta gratiæ; levia vero, & fuaiva fieri unctiõne gratiæ, & caritatis. Sed que protuli, fatis funt.*

VI. Hic colligere quifque potefc quam dura, quam fevera, quam intolerabilis fit recentiorum quorundam Theologorum doctrina, quanque erronea coramdem intelligentia divini effati: *Iugum meum fuaave eft, & onus meum leve.* Iugum divine legis fuaave, & leve eft, quia Spiritus fancti unctiõne perfufum eft, quia pinguedine gratiæ delinitum. Præfati Theologi iugum iftud a caritate fe-parant, amoris dulcedine privant: contendunt quippe amoris præceptum fpecie non dari: vel fi datur, perraro obligare docent. Lex Chrifti utpote lex gratiæ, vitam vivere

fpiritualem, & celeffem imperat. Alimonia vite iftus gratia eft, caritas eft. Si Chriftianus hoc privas alimento, quod fortitudo iugum portabunt? Si corpus nutrimento fuo caret, quomodo tua deferet onera? Corpori fame confecto graviffimum, & intolerabile eft onus, quod facile, & fuaive eft corpori cibo reftitõ, & infaturo. Similiter divina mandata hominibus divini amoris pabulo vacuis, gratia deftitutis, gravia, & dura funt; illi vero qui cordis lampadem oleo celeffti plentam habent, qui divini amoris igne ardent, fuaiva, dulciffa, lenia funt. Recentiores non tradunt ut filvæfres, alperos, hirtufos, crudelefque, cum docemus pueros, ut primum vivere incipient rationalem vitam, debere in Deum te convertere, & amore divinum vires reficere fub ipfum ingreffam in hanc vitam. *Hinc tantico!* exclamant. Præceptum adeo fublime, adeo excelsum tenerime illi atati imponis? Immo quia tenera, quia debilis ætas, adjuvanda, munitianda, & roboranda eft. Præceptum caritatis pharmacum divinum eft, quo puerorum vires folidantur; balffum, quo reliquæ originalis culpe deflentur; pabulum, quod vitam nutrit divinam. Si ergo vitam vivere divinam debent, & legis divinit iugum deferre, illi crudeles dicendi funt, alperi, & præter modum feveri, qui ad onus iftud evangelicum portantur, & vitam celeffem duccendam pueros deobligant: fimul vero nutrimento unctio quo hæc alitur vita, illos privant, iugumque ferendum graviffimum, alperiffimumque efficiunt. Quoniam unctiõne caritatis inblata, ut ex Auguftino vidimus, dura funt Dei præcepta, & via illius difficilis. Mirari fatius non fubie contrariam adverfiorum difputandi methodum. Cum de auxiliis divinis fermonem habent, omnibus hominibus hæc conferri, nedum offerri, docent. Dum liberi arbitrii vires fibrant, expendantque, magnopere eas extollunt, robuffas prædicant. Dum contra fervanda lex eft, & implenda mandata, vires debiles funt, Deus non adeo effule auxilia difpenfat. Idcirco legem non obligare, præcepta non urgere conftitunt. Cur? *Quia iugum fuaave, onus leve.* Leve utique, fi cervicibus illud excutis, alioque proficis: grave, fi amoris impendio non allevas: dulce, & fuaive, fi balffamo caritatis illud ungis.